

LIBER PRIMUS

mia 1073 (I.) 1. Inter defensores liberi arbitrii et praedicatores gratiae
mip 648/9 dei magna et difficilis dudum vertitur quaestio: Quaeritur enim,
mia 1074 utrum velit deus omnes homines salvos fieri, et quia negari hoc
 non potest, cur voluntas omnipotentis non impleatur inquiritur, 5
 cumque hoc secundum voluntatem hominum fieri dicitur, gratia
 videtur excludi; quae si meritis redditur, constat eam non donum
 esse, sed debitum. Unde iterum quaeritur, cur hoc donum, sine
 quo nemo salvus est, ab eo qui omnes salvari vult non omnibus
 conferatur, atque ita contrariarum disputationum nullus termi-
 nus reperitur, dum non discernitur, quid manifestum, quid sit 10
mia 1075 cultum. De hac igitur compugnancia opinionum qua mensura et
 temperantia sentiendum sit, quantum dominus adiuverit, annitar
 inquirere exercens atque discutiens modulum facultatis meae in
 his quae cordi meo sobrie, quantum arbitror, inhaeserunt, ut si in
 eas regulas processerit stilus quae nihil offensionis, nihil habeant 15
 pravitatis, non solum nobis, sed et aliis utile sit ad aliquem nos
 limitem pervenisse, quem non debeamus excedere.

2. Primitus itaque de voluntatis humanae motibus et gradi-
 bus disputandum est; inter quam et gratiam dei quorundam non

1, 3 velit ... fieri] cf. 1 Tim. 2, 4

$\kappa(WPLC + \kappa^t[ADFTOI] + \kappa^2[RK])\mu(QGMaX)\lambda(MVHNS\lambda^1\lambda^2)$

1 Prosperi de vocatione omnium gentium $W\kappa^2G$; Prosperi de vocatione
 gentium $C(ac)\kappa^t$; de libero arbitrio et gratia Q ; de libero arbitrio et gratia
 Augustini Ma ; Augustini ... de libero arbitrio X ; Prosperi de gratia (dei *add.*
M) et libero arbitrio $C(pc)M$; Ambrosii ... de vocatione omnium gentium
 λ (*exc. M*); *deest in PL* (*v. p. 45sq.*)

1, 3 homines *om. U* | hoc negari non *tr. C\kappa^2(om. hoc K)NU*; negari non
 hoc *tr. Br(ac)B(ac)* 4 non² *om. V(ac)* 5 voluntates $GMaX\lambda mia$ | dici-
 tur] indicitur H ; videatur λ (*exc. H*) *mia* 9 contrarii H ; contrarium X | sus-
 pitionem λ^1 10 manifestum] sit *add. G* | quid²] vel *add. R* 12 senti-
 endum] sciendum Ma | in quantum $GMaX$ | iuverit G | nitar Ma 13 mo-
 dum BrB 14 inhaesere I

2, 2 quam] s. voluntatem *add. C(sl.)* | non *om. H*

sana discretio est aestimantium, quod praedicatione gratiae liberum negetur arbitrium, nec advertentium eadem regula sibi posse
 5 obici, quod gratiam negent, cum eam humanae voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. Si enim tollitur voluntas nisi ipsa est verarum origo virtutum, tollitur gratia nisi ipsa est bonorum causa meritorum. Sed iam auxiliante Christo quod tractandum concepimus inchoemus.

(II.) 3. Omni animae humanae, quantum intellegere atque experiri datur, naturaliter qualiscumque inest voluntas, qua aut appetitur quod placet aut declinatur quod displicet. Huius voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum ex vitio primae
 5 praevaricationis infirmum, genera sunt duo, secundum quae voluntas hominis aut sensualis aut animalis est. Sed cum adest gratia dei, accedit ei per donum spiritus tertium genus, ut possit fieri spiritalis et per hunc excellentiorem motum omnes affectus undecumque nascentes supernae rationis lege diiudicet.

(III.) 4. Sensualis igitur voluntas, quam et carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motum qui de corporis sensibus nascitur, qualis est in animis parvulorum, qui licet nullo iudicio rationis utantur, ostendunt tamen aliquid se velle, aliquid

2, 5sq. non ... comitem] cf. Sen., vit. b. 8, 1 (... rectae ac bonae voluntatis non dux, sed comes sit voluptas)

κ (W P L C + κ^1 [A D F J T O I] + κ^2 [R K]) μ (Q G M a X) λ (M V H N S λ^1 λ^2)
 3, 1 omni inc. Do

3 existimantium O (ac.) Y Z λ^2 edd; extimantium O (pc.) I 4 negetur (sic) L | advertunt λ^1 6 sed om. Z | si] sic Camb., Thuan. | nisi ... 7 nisi] ubi ... ubi G M a X λ^2 mia; ubi ... non λ^1 7 ipsa¹ om. S | virtutum] si add. G X λ^2 mia | est² om. Z 8 Christo] domino W; ipso λ^1 | tractando λ (exc. H N) 9 cepimus κ^2 | inchoemus] explicit prologus incipit liber primus add. κ^1
 3, 1 humanae animae tr. A (ac.) | humanae om. L C 2 naturalis O | inest] vis λ^1 | voluntas] est add. Y | aut om. Z 3 appetit κ^1 Do | declinat κ^1 U; declinet Do 4 quantum iter. X | motum pertinet tr. M (ac.) 5 quae om. H (ac.); quod P 7 dei] et add. E | spiritus] sancti add. C (sl.) 8 fieri] spiritalis add. V (sl.)

4, 3 qui] s. parvuli add. C (sl.) | ullo O 4 ostenduntur Y

nolle, cum videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendo et 5
 ea quibus delectantur amant et ea quibus offenduntur oderunt.
 Quid est autem amare nisi velle, aut quid est odisse nisi nolle?
 Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quae etsi providendi et
 consulendi impos atque ignara sit, in his tamen amat agere quae
 carnis sensibus blandiuntur, donec vigor rationalis ingenii per 10
 maturiora ministeria corporis excitetur et ad famulantium sibi
 membrorum usum non alieno nutu, sed sua lege moveatur.

(IV.) 5. Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent hi
 quos etiam in annis maioribus excordes videmus et fatuos, ad ani-
 malem surgitur voluntatem, quae priusquam spiritu dei agatur,
 etiamsi supra sensualem motum sese attollere potest, tamen sine 5
 summi amoris participatione in terrenis occiduisque versatur. In
 mip 651 hac humana ingenia, etiamsi corporeae voluptati non turpiter
 mia 1076 serviant et cupiditates suas iustitiae atque honestatis legibus tem-
 perent, nihil supra mercedem gloriae temporalis acquirunt, et
 cum praesentem vitam decenter exornent, aeternae tamen beati-
 tudinis praemium non habent, quia rectas actiones et bona studia 10
 sua non ad eius laudem atque honorem referunt, a quo accepe-
 runt ut sublimius saperent et excellentius ceteris enitescerent.
 Cum enim quidam non solum ad instituta utilissimarum artium
 et doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem

$\kappa(WPLC + \kappa^1[ADFTJOI] + \kappa^2[RK]) Do \mu(QGMaX) \lambda(MVHNS\lambda^1\lambda^2)$
 4, 6 oderunt des. Do 5, 1 ab] inc. Do 5 versatur des. Do

5 nolle] se praem. U | odorando om. U 6 oderunt om. H(ac.); odiunt
 κ^1 (exc. T) Do; oderint WG 7 autem est tr. CFl edd; lnp. Q | aut] et κ (exc.
 WPO) ba | est² om. U; et Z 8 etiam om. Y(ac.) | ipsi] s. parvuli add.
 C(sl.) | quia U | etsi] et C 9 consolendi P(ac.) | impotens κ (v. p. 59) | sit]
 est WCDJO κ^2 GXMHNSUY | amat] s. voluntas parvulorum add. C(sl.)
 10 rationalis L κ^2 12 usu U | nutu] motu GMaX λ (exc. M; moto B)
 5, 1 adhuc X 5 summi] sui λ^2 | terrenis] s. rebus add. C(sl.) 6 etiam
 ingenia si tr. λ mia | non iter. S(ac.) 8 acquirent Ma 9 praesentem diem
 decenter vitam X(ac.) | exhorrent W(ac.) L; exhorreant R; exhorneant K (v.
 p. 64) | tamen om. M(ac.) 10 qui W 12 ut] in ipsa animali discretione
 add. GMaX λ mia | excelsius W 13 ad] ab U | utilissimarum] utilis vel
 praem. U 14 quisionem V(ac.); inquisitiones S

- 15 summi boni aciem mentis intenderint et *invisibilia* dei *per ea quae*
facta sunt intellecta conspexerint, non agentes tamen gratias deo
nec confitentes illum sibi esse huius facultatis auctorem, sed *di-*
centes se esse sapientes, hoc est non in deo, sed in semetipsis glori-
antes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis atque rationibus
20 propinquassent, *evanuerunt in cogitationibus suis*, et quod illu-
minante dei gratia invenerant, obcaecante superbia perdiderunt
relapsi a superna luce in tenebras suas, hoc est ab incommutabili
atque aeterno bono ad mutabilem corruptibilemque naturam.
Cum ergo tales in amorem sui recidunt et ita sibimet placent, ut
25 totum, quod in se laudabile iudicant, non ad dona dei referant,
sed sibi vindicent et studio propriae voluntatis ascribant, procul
ab illa spiritali exulant voluntate et nihil in se habent, quo ad
vitam provehantur aeternam, incipientes in semetipsis etiam illa
temporalia dei dona corrumpere et a bono eorum usu in consue-
30 tudinem innumerabilium transire vitiorum.

(V.) 6. Quamvis enim scriptum sit, quod *cum dispertiret ex-*
celsus gentes quemadmodum dispersit filios Adam, statuit terminos
gentium secundum numerum angelorum dei et facta est portio domi-
ni populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel, et scriptum
5 sit dominum dicere ad Israel: *Eritis mihi sancti, quia ego sanctus*
sum dominus deus vester, qui segregavi vos ab omnibus gentibus esse
mibi, et quamvis scriptum sit in libro Esther dicente Mardo-
chaeo: *Gratias tibi, domine, quoniam fecisti nova signa et prodigia,*

5, 15sq. Rom. 1, 20 17sq. Rom. 1, 22 20 Rom. 1, 21
6, 1–4 Deut. 32, 8–9 (LXX) 5–7 Lev. 20, 26 8–10 Est. 10, 9–10 (3f–g;
LXX)

$\kappa(WPLC + \kappa^1[ADFJTOI] + \kappa^2[RK]) \mu(QGMaX) \lambda(MVHNS\lambda^1\lambda^2)$

17 sibi esse *post* facultatis *tr. P* 19 sui *K(ac)* | rationibus] orationibus *P*
20 suis *om. P(ac)* 22 in] ad λ *mia* | hoc est *om. W* | ab *om. N* 23 mirabi-
lem *X* 25 non ... 26 vindicent *om. Y(ac)* | dona] bona *NBrB* | dei *om. \kappa^2*
27 ipsa *Ma* | exultant *IS(ac)* | habeant *W* 28 aeternam] ad *praem. N(ac). S*
6, 1 dispartiret λ^1 ; dispersit *C* 3 dei *om. QMa* | domini] dei κ^2 4 populus
eius] plura enim λ^1 | funiculum *W* | eius²] enim *Y* | et] cum *add. \kappa^2* | et ... 5
Israel *om. TS(ac)* 5 sanctus *om. V(ac)* 8 gratia *U*

qualia non sunt facta in gentibus; dividens omne saeculum in sortes
duas elegisti unam tibi populi tui, relinquens aliam gentibus, et 10
mip 652 Paulus et Barnabas dicant: Et nos mortales sumus similes vobis
homines, annuntiantes vobis converti ad deum vivum, qui fecit cae-
lum et terram et mare et omnia quae in eis sunt, qui in praeteritis
generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas; quamvis ergo
haec et multa similia veritatis scriptura pronuntiet, secundum 15
ipsam tamen credimus et piissime confitemur, quod numquam
universitati hominum divinae providentiae cura defuerit. Quae
licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit in-
stitutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suae dona sub-
traxit, ut propheticas voces et praecepta legalia convincerentur in 20
mia 1077 *elementorum obsequiis ac testimoniis accepisse; unde et inexc-*
usabiles facti sunt, quia deos sibi dei dona fecerunt, et quae creata
erant ad utendum, venerati sunt ad colendum.

(VI.) 7. In quam impietatem etiam illa gens quam sibi ab
 omnibus gentibus dominus segregavit tota transisset, nisi miseri-
 cordiae suae propositum sustentandis electorum lapsibus praeten-
 disset. Nam plenae sunt paginae veteris testamenti de Israeliticae
 defectionis relatu, ut aperte appareat divinae semper fuisse gra- 5
 tiae, quod non omnis ille populus discessit a domino. Ita humana
 natura in primi hominis praevericatione vitata etiam inter bene-
 ficia, inter praecepta et auxilia dei semper in deteriorem est pro-

11–14 Act. 14, 14–15 15–7, 9 secundum ... dimitti] Hincm., praed. lib.
 arb. (PL 125, 256B) 21–23 unde ... colendum] cf. Rom. 1, 20. 25

κ (WPLC + κ^1 [ADFTOI] + κ^2 [RK]) μ (QGMaX) λ (MVHNS λ^1 λ^2)
 7, 6 humana inc. Do

10 tibi unam tr. κ^2 11 dicebant WPLC κ^2 ; dixerint ADFT; dixerunt JOI;
 dicunt U | et² om. U | homines similes vobis tr. O 12 homines] omnes
 H | deum] dominum P 13 et² om. ADTK μ | in² om. κ (exc. κ^2) 14 in-
 gredi] in add. Ma | ergo om. Ma (ac.) 15 et] etiam Z | secundum ... 16
 credimus] credimus tamen κ 16 pie U 17 qui P 19 ulli O | suae] et add.
 P 22 facti om. κ^1 (exc. TI) | quia] qui G | dei om. L (ac.) λ^1
 7, 1 pietatem O | etiam] et I 3 suae om. U | sustentantis κ (exc. CK; ac. W)
 5 defensionis X (ac.); dilectionis λ^1 | elatu U | ut] et U 6 quod] qui S
 8 est] esse U | proclivior] partem add. X (ac.)